



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 20. Bernabitæ Collegium Schosque aperire a Parisina Universitate prohibiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.
A.C. 1631.

thedrali Mechliniensi matrimonium suum publica solemnitate ratum habuit, inde vero in Occidaniam reversus contra Fratrem suum copias contraxerat, prælio autem devictus, & a suis per derelictus duris conditionibus veniam impetravit, tandem vero ipsemet Re progressu temporis Fratris sui matrimonium consensu suo firmavit.

§. XX.

Bernabitarum Collegium scholasque aperturæ a Parisina Universitate prohibiti.

*Argentre
Concl. Facult. Paris.
t. 2. p. 318.*

Jam ante aliquot annos Cleri Regularis ex Congregatione sancti Pauli qui vulgo *Bernabitarum* dicuntur, in suburbio sancti Marcelli domum erexerant postquam vero Parisiensis Archiepiscopus eisdem insuper Ecclesiam S. Eligii unacum annexis ædibus concesserat Universitas Parisiensis, ne Scholam perirent, verita, unacum Parochi Parisinis regium Senatum conveniit supplicem, ut hi Regulares coram aede iussi, novas has ædes retinere, ac Collegium erigere prohiberentur, simulque Presbyteris sæcularibus, ne præfatæ Ecclesiæ claves his Religiosis traderent, & cunctis opificibus interdiceretur, ne ad Bernabitarum iussa quæ

quam operis conficerent, vel demoli- Sæc. XVII.
rentur, ab eorum autem Ecclesia om- A. C. 1631.
nes Reliquiæ, ipsa & ornamenta
tollerentur: Postquam igitur die vige-
sima prima Junii Senatus Universitatis
precibus detulerat, & Bernabitiæ sua
diplomata, ex quibus illorum Ordinem
in Regno approbatum constaret, ex-
hibere jussi fuerant, Mauritius Mori-
nus hujus Congregationis Procurator
ceterorum nomine Universitati declara-
bat, se omnem prorsus docendi provin-
ciam abdicare, neque unquam id in
animo habuisse, proin superfluum esse,
ut Universitas de eis quereretur, præ-
cipue cum vi sui instituti duntaxat in
iis locis scholas aperire permitteren-
tur, ubi nulla alia sint Collegia, & de-
super a Magistratibus rogati essent:
Hac declaratione tandem finem habuit
vexatio jam ab anno hujus sæculi vi-
gesimo secundo Bernabitis Parisien-
sibus intentata, acrius autem Universi-
tates Gallicæ adhuc infestabantur Au-
genfis, Lingonensis, & Andegavensis
Urbium Jesuitas, eoquod hi in docen-
di proposito obfirmati Universitatis sen-
tentiam, provocando ad secretius Re-
gis Consilium elusissent.